

16. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodiânis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum:
 17. dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non?
 18. Cognitâ autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?
 19. ostendite mihi numisma censûs. At illi obtulerunt ei denarium.
 20. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc, & superscriptio?
 21. Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: * Réddite ergo que sunt Cæsari, Cæsari: & que sunt Dei, Deo. ^
 22. Et audiéntes mirati sunt, & relícto eo abiérunt.
 23. In illo die accesserunt ad eum Saducæi, qui dicunt * non esse resurrectiōnem: & interrogaverunt eum,
 24. dicentes: Magister, Móyses dixit: * Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitetur semen fratri suo.
 25. Erant autem apud nos septem fratres: & primus, uxore ductâ, defunctus est: & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo.
 26. Similiter secundus, & tertius usque ad séptimum.
 27. Novissimè autem omnium & mulier defuncta est.
 28. In resurrectiōne ergo cuius erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam.
 29. Respónsens autem Iesus, ait illis: Erratis nescientes Scripturâs, neque virtutem Dei.
 30. In resurrectiōne enim neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut ángeli Dei in celo.
 31. De resurrectiōne autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis:
 32. * Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium.
 33. Et audiéntes turbæ, mirabantur in doctrina eius.
 34. Pharisæi autem audiéntes quod si lenitum imposuisset Sadducæis, convenéunt in unum:
 35. * & interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum:
 36. Magister, quod est mandatum magnum in Lege?
 37. Ait illi Iesus: * Diles Dóminus

Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.
 38. Hoc est maximum, & primum mandatum.

39. Secundum autem simile est huic: * Diles próximum tuum, sicut te ipsum. * Lev. 19.
 40. In his duobus mandatis univerfa lex 18. Marc. 12.
 pendet, & prophéta. 31.
 41. Congregatis autem Pharisæis, interrogavít eos Iesus,
 42. dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: David.
 43. Ait illis: * Quómodò ergo David 41. in spíitu vocat eum Dóminum, dicens:
 44. * Dicit Dóminus Dómino meo: * Psal. 109. fede à dextris meis, dónec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

45. Si ergo David vocat eum Dóminum, quómodò filius eius est?
 46. & nemo pôterat ei respondere verbum: neque auctor fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. ^

C A P U T X X I I .

Unus Magister noster Christus. Duces cæci. Væ hypocritis. De iuramento. De cædo prophetarum.

1. **T**unc ≠ Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos,
 2. dicens: Super cathedram Móysi sedérunt * Scribæ, & Pharisæi.
 3. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.

4. * Alligant enim ónera grávia, & importâbia, & impónunt in húmeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.

5. Omnia verò opera sua faciunt ut videantur ab hominibus: * dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.

6. * Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutatiōnes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

8. * Vos autem nolite vocari Rabbi. unus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis.

9. * Et patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in cælis est.

10. Nec vocemini magistri: quia Magister vester unus est, Christus.

11. Qui maior est veltrum, erit minister vester.

12. Qui

* Luc. 14. 12. * Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur. ^

13. Væ autem vobis Scribæ, & Pharisæi hypocrita: quia clauditis regnum cœlorum antè homines, vos enim non intratis, nec introeuntis sinitis intrâre.

14. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocrita: * quia comeditis domos viduârum, oratiōnes longas orantes: propter hoc amplius accipiētis iudicium.

15. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocrita: quia circuítis mare, & áridam, ut faciat unum proselytum: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplò quam vos.

16. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicunque iuraverit per templum, nihil est: qui autem iuraverit in auro templi, debet.

17. Stulti, & cæci: Quid enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum?

18. Et quicunque iuraverit in altari, nihil est: quicunque autem iuraverit in dono, quod est super illud, debet.

19. Cæci: Quid enim maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum?

20. Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ super illud sunt.

21. & quicunque iuraverit in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso:

22. & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.

* Luc. 11. 23. * Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocrita: qui decimatis mentham, & anethum, & cymimum, & reliquias quæ graviora sunt legis, * iudicium, & misericordiam, & fidem. hæc opòrtuit facere, & illa non omittere.

24. Duces cæci, excolantes cùlicem, camélum autem glutientes.

25. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocrita, quia mundatis quod déforis est cáliscis, & parópsidis: intus autem pleni estis rapinâ, & immunditiâ.

26. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est cáliscis, & parópsidis, ut fiat id, quod déforis est, mundum.

27. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocrita: quia similes estis sepulchris dealbatis, qua aforis parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitiâ.

28. sic & vos aforis quidem parétis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniuitate.

29. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocrita, qui edificatis sepulchra propétârum, & ornatis monumenta iustorum,

30. & dicitis: Si fuissimus in diébus patrum nostrorum, non esssemus fœcii eorum in sanguine prophetarum.

31. itaque testimonióis éritis vobis metíp- sis, quia filii estis eorum, qui prophétas occidérunt.

32. Et vos implête mensuram patrum vestrorum.

33. * Serpentes genima viperarum, * Sup. 3.7. quomodo fugiētis à iudicio gehennæ?

34. Idem ≠ ecce ego mitto ad vos pro- † s. STE- phétas, & sapiéntes, & scribas, & ex illis PHANI occidétis, & crucifigétis, & ex eis flagel-lábitis in synagôgis vestris, & persequé-mi de civitatem in civitatem:

35. ut véniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, * à Gen. 4.8. sanguine Abel iusti usque ad sanguinem * Hob. 11.4. Zachariæ, filij Barachia, quem occidistis 24. 22. inter templum & altare.

36. Amen dico vobis, vénient hæc ómnia super generationem istam.

37. * Ierusalem Ierusalem, quæ occi-dis prophétas, & lápidas eos, qui ad te 34. misi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?

38. Ecce relinquétur vobis domus vestra deserta.

39. Dico enim vobis, non me vidébitis amodò, dónec dicatis: Benedictus, qui venit in nōmine Dómini. ^

C A P U T X X I V .

Evénio templi. Cavendum à seductoribus, & à pseudoprophétis. Abominatio desolatiōnis. Advéntus Christi.

1. **E**t egréffus Iesus de templo, ibat. Marc. 13. Et accesserunt discipuli eius, ut 1. ostenderent ei edificationes templi.

2. Ipse autem respónsens dixit illis: Videlis hæc ómnia? Amen dico vobis, * non Luc. 19. relinquétur hic lapis super lapidem, qui 44. & 21. non destruatur.

3. ≠ Sedénte autem eo super Montem PLUR. oliveti, accesserunt ad eum discipuli se-MART. crétō, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum adventus tui, & consummatiōnis sæculi?

4. Et respónsens Iesus, dixit eis: * Vi- * Ephes. 6. déte nequis vos seducat.

5. multi enim vénient in nōmine meo, di-

dicentes: Ego sum Christus: & multos seducunt.

6. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. opertet enim hæc fieri, sed nondum est finis.

7. consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiae, & famæ, & terramotus per loca.

8. hæc autem omnia initia sunt dolorem.

* Supr. 10. 9. * Tunc tradent vos in tribulatiōnem, & occidēt vos: & éritis odio omnibus

17. Luc. 21. géntibus propter nomen meum.

12. A. H. 10. Et tunc scandalizabuntur multi, & Ioann. 15. invicem tradent, & odio habebunt invicem.

11. Et multi pseudoprophetae surgent, & seducunt multos.

12. Et quóniam abundavit iniqüitas, refrigerescet chæritas multorum.

13. qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. ^

14. Et prædicabitur hoc Evangélium regni in universo orbe, in testimoniūm omnibus géntibus: & tunc véniet consummatio.

* Marc. 13. 15. * Cùm ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Da-

14. nièle propheta, stantem in loco sancto, 20. qui legit, intelligat:

Dan. 9. 27. 16. tunc qui in Iudea sunt, fūgiant ad montes:

17. & qui in teōto, non descéndat tollere aliquid de domo sua:

18. & qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam.

19. Vx autem prægnantibus, & nutritiōibus in illis diēbus.

20. Orāte autem ut non fiat fuga vestra in hieme, * vel sabbato.

* Actor. 1. 21. erit enim tunc tribulatiō magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modō, neque fiet.

22. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter élertos breviabuntur dies illi.

* Marc. 13. 23. * Tunc siquis vobis dixerit: Ecce hīc est Christus, aut illīc: nolite crēdere.

21. Luc. 17. 24. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetae: & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errōrem inducātur (si fieri potest) étiam élēti.

25. Ecce prædixi vobis.

26. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deferto est, nolite exire: ecce in penetrabilibus, nolite crēdere.

27. Sicut enim fulgor exit ab Oriente, & paret usque in Occidētē: ita erit & advéntus Filij hominis.

28. * Ubi cūque fūerit corpus, illīc * Luc. 17. congregabuntur & áquila.

29. * Statim autem post tribulatiōnem * Isa. 13. diērum illōrum sol obscurabitur, & luna 10. Ezech. 32. non dabit lumen suum, & stellæ cadent 7. Ieol. 2. 10. de cælo, & virtutes cælōrum commove- 24. G. 3. 15. Marc. 13. buntur:

30. & tunc parēbit signum Filij hominis 24. in cælo: & tunc plangent omnes tribus Luc. 21. terræ: & * vidēbunt Filium hominis ve- 25. * Apoc. 1. niéntem in nūbibus cæli cum virtute mul- 7. tâ, & maiestate.

31. * Et mittet ángelos suos cum tuba, * 1. Cor. & voce magnâ: & congregabunt élertos 15. 52. eius à quátuor ventis, à summis cælōrum 1. Thess. 4. usque ad términos eōrum.

32. Ab árbore autem fici díscite parabolam: cùm iam ramus eius tener fūerit, & fólia nata, scitis quia propè est astas:

33. ita & vos cùm videritis hæc omnia, scítote quia propè est in iánus.

34. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, dónec omnia hæc fiānt.

35. * Cælum, & terra transibunt, verba * Marc. 13. autem mea non præteribunt. ^

36. De die autem illâ, & horâ nemo scit, neque ángeli cælōrum, nisi solus Pater.

37. * sicut autem in diēbus Noë, ita * Gen. 7. 7. autem mea non præteribunt. ^

38. Sicut enim erant in diēbus ante diluvium comedéntes & bibéntes, nubéntes & nuptiū tradéntes, usque ad eum diem, quo intravit Noë in arcā,

39. & non cognovérunt dónec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit & advenit Filius hominis.

40. Tunc duo erunt in agro: unus assūmētur, & unus relinquitur.

41. duæ moléntes in mola: una assūmētur, & una relinquitur.

42. * Vigiláte ergo, quia nescītis quâ horâ Dóminus vester venturus sit.

43. Illud autem scítote, * quóniam si sciret paterfamilias quâ horâ fur venturus esset, vigilaret útique, & non sineret perfodi domum suam.

44. Ideo & vos estote parati: quia quâ nescītis horâ Filius hominis venturus est.

45. Quis, putas, est fidélis servus, & prudens, quem constituit dóminus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore?

46. Beā-

1. Tunc sìmile erit regnum cælōrum decem virginibus: quæ accipiēntes lámpades suas exierunt óbviām sponso, & sponsa.

2. Quinque autem ex eis erant fátuæ, & quinque prudēntes:

3. sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumplérunt óleum secum:

4. prudēntes verò accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus.

5. Moram autem faciente sponso, dormitáverunt omnes & dormierunt.

6. Médiā autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite óbviā ei.

7. Tunc surrexerunt omnes vírgines illæ, & ornavérunt lámpades suas.

8. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ extingúntur.

9. Respondérunt prudēntes, dicentes: Nè fortè non sufficiat nobis, & vobis, ite pótius ad vendéntes, & emite vobis.

10. Dùm autem irent émere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intráverunt cum eo ad nuptias, & clausa est iánua.

11. Novissimè verò vénient & réliquæ vírgines, dicentes: Dómine, Dómine, áperi nobis.

12. At ille respónsens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.

13. * Vigiláte itaque, quia nescītis diem, neque horam. ^

* Luc. 19. 14. * Sicut enim sì homo peregrinè proficisciens, vocávit servos suos, & trádidit illis bona sua.

15. Et uni dedit quinque talēta, álli autem duo, álli verò unum, unicuique

secundūm propria virtutē, & profectus est statim.

16. Abiit autem qui quinque talēta accéperat, & operatus est in eis, & lucratus est ália quinque.

17. Similiter & qui duo accéperat, lucratus est ália duo.

18. Qui autem unum accéperat, abiens fudit in terram, & abscondit pecúniam dómini sui.

19. Post multum verò temporis venit dóminus servorum illorum, & posuit rationem cum eis.

20. Et accédens qui quinque talēta accéperat, obtulit ália quinque talēta, dicens: Dómine, quinque talēta tradidisti mihi, ecce ália quinque super lucratus sum.

21. Ait illi dóminus eius: Euge serve bone, & fidélis, quia super pauca fuisti fidélis, super multa te constituam, intra in gaudium dómini tui.

22. Accésit autem & qui duo talēta accéperat, & ait: Dómine, duo talēta tradidisti mihi, ecce ália duo lucratus sum.

23. Ait illi dóminus eius: Euge serve bone, & fidélis, quia super pauca fuisti fidélis, super multa te constituam, intra in gaudium dómini tui. ^

24. Accédens autem & qui unum talētum accéperat, ait: Dómine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti:

25. & timens ábii, & abscondi talētum tuum in terra: ecce habes quod tuum est.

26. Respónsens autem dóminus eius, dixit ei: Serve male, & piger, sciébas quia meto ubi non sémino, & congrego ubi non sparsi:

27. oportuit ergo te committere pecúniam meam numulariis, & véniens ego recepísem útique quod meum est cum usura.

28. Tóllite itaque ab eo talētum, & date ei, qui habet decem talēta.

29. * omni enim habénti dabitur, & * Supr. 13. abundabit: ei autem, qui non habet, & 12. quod videtur habere, auferétur ab eo.

30. Et inútilem servum ejicite in tenebras exteriores: illīc erit fletus, & stridor 25. & 19. 26. déntium.

31. * Cùm autem véniterit Filius hominis in maiestate sua, & omnes ángeli cum eo, posse fer. 2. tunc sedebit super sedem maiestatis sua: DOM. 1.

32. & congregabuntur antē eum omnes gentes, & separabunt eos ab invicem, QUADR. sicut pastor segregat oves ab hædis:

33. &